

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Politische Urkunden von 1332 bis 1380

Witte, Hans

Straßburg, 1896

1353

[urn:nbn:de:bsz:31-326758](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326758)

suas, quarum copiam vobis mittimus presentibus interclusam. Unde, cum dictus Walterus in terris seu districtibus nostris non sit suis bonis, ut conqueritur, spoliatus, neque . . . comes de Marcka, de quo conqueritur, umquam nobiscum et cum civitate nostra Coloniensi confederatus fuerit in illa confederatione sive liga, que
 5 alias fuit inter . . . ducem Brabantie, nos et civitates Coloniensem et Aquensem, rogamus vestre honestatis prudentiam seriusius requirentes, quatenus dictum Walterum vestrum concivem talem habere et ad hoc inducere velitis causa juris et nostri, quod una cum suis complicitibus nos occasione premissa diffidantibus ab
 10 huiusmodi diffidacione et ejus prosecucione desistat nullumque dampnum aut gravamen nobis aut nostris occasione premissorum inferat aut inferri procuret. Alioquin oportebit nos, suadente justicia, circa vestram et vestrorum concivium personarum, honorum et rerum detencionem et occupacionem cogitare, quousque a diffidacione et inimicicia dicti vestri concivis et suorum complicitum nos et nostri fuerimus supportati dampna quoque, si que nobis aut nostris intulerint, restaurati.
 15 Vestrum super hiis nobis responsum rescribatis presencium per latorem. Datum Colonie ipso die penthecostes.

[*In verso*] Prudentibus viris . . . magistris civium . . . scabinis . . . consulibus ac universitati civitatis Argentinensis, amicis nostris dilectis.

Str. St. A. IV. lad. 74. or. ch. lit. cl. c. sig. in v. impr. del.

20 1409. *Straßburg an Erzbischof Wilhelm von Köln: bittet für Entschädigung der Straßburger durch den Grafen von Mark zu wirken. [1353 nach Mai 12.]*

Reverendo in Christo patri ac domino domino Wilhelmo dei gracia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopo sacrique Romani imperii per Italiam archicancellario Nicolaus dictus Zorn de Bälach magister¹ et consules civitatis Argentinensis
 25 servitium promptum cum bona voluntate in omnibus complacendi. Vestre in Christo paternitati referimus multiplices graciaram acciones occasione litterarum vestrarum nobis graciose directarum ex parte nobilis domini domini comitis de Marcka, qui nostros concives indebite et minus juste graviter dampnificavit et sine causa rationabili et in hoc, quod nichil aliud de eo sperabamus quam omne bonum. Attamen
 30 scire debet vestra reverencia nobis sincere dilecta, quod in brevi aliquos nostros nuncios ad vos destinare intendimus racione facti predicti. Rogantes igitur vestram in Christo paternitatem humiliter et devote, de qua plenior gerimus confidentiam, quatenus intuitu dei et nostri perpetui servicii vestrum melius adhibere graciose dignemini, ut nostri concives a predicto comite indempnes reddentur occasione
 35 honorum suorum per ipsum ablatorum ut prescribitur. In hoc nobis ostenditis graciaram specialem.

Str. St. A. IV. lad. 74. auf Pergament mit Adresse aber ohne Siegelspuren.

a) vestrum auf Russr.

¹ War Meister 1349 Febr.—1350 Aug. und 1353.

